

W
gndauer prifte

J. N. J.

Ad Actum,
Schola stico - Oratorio - Valedictorium,

de COMITIS,

Eorum utilitate, origine, & aliis circumstantiis,

In Auditorio, Scholæ Torgensis majori,

Anno MDCCXXII. d. XVI. Aprilis, hora VIII. antemer.

Habendum,

Quam humillime invitantur,

O. O. Honoratissimi Patroni & Auditores;

Petro Paulo Fecknone,

Lycei Torgensis Rectore.

Obiecta movent sensus. Hunc philosophicum canonem nos, non modo ita intelligimus & accipimus, quasi tantum modo obiecta sensuum, sensus ipsis, moverent & afficerent hominum; sed hunc in modum etiam eundem interpretamur: quod omnium pariter aliarum actionum obiecta, quacunque illas sint, operantem & agentem, ad hoc vel illud opus, ad hanc vel illam actionem impellant. Hanc sententiam nobiscum corroborare videntur, ut alios in campo eruditioris decertantes, jam silentio prætereamus, tam sacri quam profani Oratores: quippe qui ad tempus, occasionem hujus, & ad res in eodem actas, in studio & labore suo, se accommodare soliti sunt, & adhuc solent; id quod omnibus notum, nec necesse est, ut ex orationibus Quintiliani, Hortensi, Ciceronis, Demosthenis, Buchneri, Mureti, & aliorum, aut ex sermonibus sacris, hujus vel illius sacri Oratoris, demonstretur. Nos, in nostro Lyceo, quoiescunque ratio exertii oratorii requisiuerat, hos, prout vires per miserant, secuti sumus. Nam, Anno MDCCXII. d. XXII. Xbris, Nativitatem Christi per typos illustratum, ob imminente festum diem incarnationis, ejusdem; Anno MDCCXV. d. XVI. Aprilis, Agnum paucalem ex Maymonide, secundum omnes circumstantias, cum applicatione ad Christum Salvatorem, quia instabat festus dies paschatis; eodem Anno, d. XXVI. Sept. Quinarium mobilem & immobilem, quia scilicet quinque Lycei nostri cives, ceu quinarium mobilis, iussi fuerant dicere de quinque Zonis terrestribus, scilicet de quinario immobili; Anno MDCCXVI. d. III. Martii, Descriptionem Geographicam politicam Angliae, ob certas tum temporis causas; eodem Anno, d. XXX. Martii, quarundam Europæ regionum statum, qualis tum temporis fuerat; eodem Anno, d. XXII. Sept. Duplicem Augustissimi Caesaris, CAROLI VI. jam magna cum laude Imperantis, Felicitatem, tam ex Nativitate tum recens nati Filii, Archiducis Austriae, (qui vero, prob dolor! nimis maturè, vix exoriens, huic mortalitatì ultimum vale dixit Deus Clementissimus, refarciat hanc jacturam benignissime & copiosissime) quam etiam ex Victoria à Turcis reportata, eo temporis articulo, resultantem; An. MDCCXVII. d. IX. Septenarium facrum, & eum quidem typicum, quia septem Lycei nostri cives, musis nostris valedicebant; eodem Anno, d. XIX. Augusti, artem medicam, quia is, qui solus tum valedicebat, studio medico se consecraverat; Anno denique MDCCXIX. d. XVII. Aprilis, Victoriam & Triumphum Christi, ut pote statim post Resurrectionem ejus, nobis maximè salutarem, materiam seu argumentum, exercitationibus oratoriis posueramus nostris. Cæterum, nunc quoque tempus id est, quod & objectum & materiam, labore nostro suppeditat: nos vero, crambis bis coëfam apponere, & eadem chorda oberrare noctentes, anfan exercitii nostri oratorii, quam nobis comitia, charissimæ patriæ nostræ, qua jam Dreslæ, seu in Serenissimi & Clementissimi nostri Regis & Electoris sede habentur, præbent, arripimus, & de iis, quantum vires permiserint debiles, Divina favente Gratia, dicturi & acturi sumus. Unde comitiam nomen habeant, quomodo definiantur, & quam varia eadem sint, nos hic loci, hac enarratione super sedebimus: partim, quia id philologica scripta, præsertim Lexicon Hoffmanni, Latinæ lingvæ thesaurus, Anno MDXLIII. Parisi, per typos luci publici expositus, & alii; partim vero Historici, quorum, omnium philologorum suffragio, Livius antesignanus habendus; partim denique antiquitatum, maximè Romanarum, Scriptores, utpote Rosinus, & ejusque Epitomator, G. H. Niepoortus, philologia studiosis, ante oculos sufficienter posuerunt, ut jam non dicamus, quod quidam Lycei nostri Cives, de his rebus, pauca quædam, pro virili, dicturi sint; illa autem, qua ad forum politicum & historicum pertinent, leviter attingemus. Logici, hujus vel illius rei

(marli)

rei naturam, attributa & causas cognoscere volentes, quærere amant: an sit
quid sit? cur sit? nos hæc tria requisita ad comitia accommodamus, & qua-
rimus pariter an eadem sint, id est, an in rerum natura existant. An comi-
ta sint, & an in rerum natura existant, dubium nullum est, nam tam sacra,
quam profana historia testatur, & eidem adjuncta experientia affirmat comi-
ta fuisse, & adhuc institui, certoque tempore haberi. Si non apud omnes,
terrarum orbem incolentes populos, certe tamen apud bene moratos, &
Rempublicam optimè constitutam habentes. Initium hujus probationis fa-
cimus, à populo Dei Veteris Testamenti. Idem hic populus, post fune-
stam, in prælio cum Philistinis, cladem acceptam, in oppidum Misram, à
Samuele Prophetæ convocatus fuerat, non modo ad penitentiam agendam, sed
etiam ad deliberandum, quid impostorum acturus esset. vid. 1. Sam. 7. Ibi-
dem convenerat, Regem electurus. vid. 1. Sam. 10. Idem hoc faciendi causa,
convenerat Sichimæ, vid. 2. Reg. 12, quæ urbs alias nominabatur Sichem, Sa-
lem, vel Sichar, in Trib. Ephr. vid. univer. Geogr. Lexic. Cellarii, p. 389. &
alibi, alia de catafa, sapius. Ut ad hisf. prof. nos convertamus. Celebra-
bant olim, & adhuc celebrant comitia, Germani. vid. Consult. polit. Thomæ
Lansii, & quidem in oratione contra Germ. p. nobis, 358. seq. Poloni pari-
ter. A. 1640. item 1643, & sapius. vid. Theat. Hisf. & Chron. Christoph. Hel-
vici, p. nobis 164. Hungari similiter, vid. Autor alleg. A. 1614. p. nobis 154.
item A. 1659. quorum comitorum acta in manibus nostris sunt, nobis valde
grata, quia & Imperatorio sigillo, & subscriptione manus propriæ, beatissi-
ma memorie Imperatoris, Leopoldi I. ornata sunt sub finem. Sveci deni-
que, & quidem A. 1603. Stockholmii. vid. Th. Hisf. - Chron. Helv. p. 171. ut
alios populos taciti prætereamus, quid enim necesse est tantopere compro-
bare id, quod vel pueris notum, præsertim cum audiant: comitia provin-
cialia, jam in nostra dilectissima patria haberi. Ergo, omisso his quærimus:
an comitia jam ante, an denum post diluvium universale esse cœperint?
nos hic cum Samuele Pufendorffo respondemus: quod denum post univer-
sale diluvium, quo vero anno, ignoratur, vid. Sam. Pufend. Introduc. in hisf.
p. 1. & seq. Hoc unus, ex Lyci nostri alumnis peroraturis, fusus demon-
strabit. Quid tandem Comitia sint, dicent declamatrici juvenes, nos tan-
tum hoc hic adjimus: quod comitia sint ex numero earum rerum, quæ ad
jura Majestatis pertinent, nemo enim habet potestatem convocandi Comi-
tia, tam particularia quam universalia, nisi Imperans, penes quem est Ma-
jestas. Hoc affirmant nobiscum omnes viri, rerum politicarum gnari, & pa-
riter Majestati faventes; in horum censum jure referimus, beata memorie
Virum, Doctorem Waltherum, Professorem quondam in Universitate Wit-
tenbergensi, primo Mathematum Superiorum, deinde vero SS. Theol. cele-
berissimum, Praeceptorem nostrum, tum temporis devenerandum, cuius fi-
deli manuductio, omnino ea didicimus, quæ jam tradimus, & quidem
ex Collegio ejusdem Phil. Praet. quod adhuc in nostris manibus est. Jam
denique occurrit quæstio: Cur comitia sint? Respondemus: primo ad Ho-
norem Dei, quicquid enim laude dignum, impulsu Divino, in societate
humana, ab hominibus institutur & introducitur, id Honorem Dei promo-
vet; quis vero ista de comitiis legitimis in dubium vocabit? Deinde, sco-
pus & finis comitorum, est communis Reipublicæ totius, quod iterum
nobiscum, viri, politica notitia instructi, omnes affirmant; nam profecto, si
comitia, eo, quo par est modo instituuntur, celebrantur & habentur, ma-
gna utilitas ex iis tam in Imperantes quam in parentes, redundare solet, id
quod Historia & Experiencia testantur. Cum ita est, gratias agimus quas
possimus maximas, nostro Serenissimo, nec non Clementissimo Regi, Electori

- Fmo

ac

ac Domino, quod in commodum dilectissimæ nostræ Patriæ, & aliarum provinciarum, Dictioni ejusdem adhaerentium, comitis convocavit. Deum vero Benignissimum enixissime precarum, ut Eum per longam seriem temporum, cum tota ejusdem Celsissima, Serenissima, nec non Augustissima Domino, Salvatore atque incolumen, conservare velit, quo porro, sub ejus plus quam Paterna & fideli Cura & Tutela, tuti vivere queamus! jam sequuntur illi, qui de eis, quæ jam paucis perfricta sunt, pro virili fufus dicent. Hzc autem forum series est:

Andreas Müller, Sommerfelda Brandenb. de occasione dicendi.

Christophorus Fridericus Steuer, Pfoerthena Lusat. Infer. de onomatol. comit.

Johannes Samuel Schulze, Jutrobo. Saxo. de pragmatol. comit.

Joh. Christoph. Häusler, Torg. Misn, de comitiis legi-
timis.

Joh. Godofr. Wenzel, Torg. Misn. de Comit. Dreid.
Joh. Wenzel, Neida Misn. de comit. extraor.

Joh. Aug. Putt. Ich, Neida Miln. de comit. extraordinariis.

Joh. Christoph. Ullrich, Patin. Sax. de com. Israëlitarum
Joh. Christian. Heinrich, Torg. Misn. de directione Di-

vina, circa actiones hominum.
Joh. Godofr. Frölich, VVildenh. Misn. de antiqu. Rom.

Joh. George Schenck, Torg. Misn. de origine comitio
comitiis.

Christian. VVilhelm. Büsse, Torg. Miln. de eadem

materia.
Christian, Dan. Zimmer, Torg, Miſn. de necessitate Ma-

Duo ex his, optime spei juvenes, nempe:

Christoph. Frid. Steuer, idiomate Germano, & qui
dem stylo ligato. &

Joh. Christianus Heinrich, idiom. Lat. soluto, vale
dicent.

TORGAE LITERIS PETERSELIANIS

78 M 437



TA 30L

kein Rest.

nur 51. Stck verknüpft bisher



102 A7

J. N. J.

Ad Actum,

Scholaftico - Oratorio - Valedictorium,

de COMITIIS,

igitine, & aliis circumstantiis,

nolæ Torgensis majori,

VI. Aprilis, hora VIII. antemer.

abendum,

nullime invitantur,

ni Patroni & Auditores;

a

ulo Fecknone,

Torgensis Rectore.

